



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinus

Vitruvius

Florentiae, 1513

De balistarum rationibus. Cap. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

De balistarum rationibus.

Cap. XVI.

At apulearum rationes ex quibus membris & portionibus componantur dixi. Balistarum autem rationes uariae sunt & differetes unius effectus causa comparatae. Aliae enim uestibus & saculis, nonnullae polyspastis, aliae erant, quaedam etiam tympanorum in torquentur rationibus. Sed tamen nulla balista proficitur nisi ad proportionem magnitudinem ponderis saxi, quod id oportet mitti debet. Igitur de ratione earum non est oibus expeditum nisi quae arithmeticas rationibus numeros & multiplicationes habent notas. Namque sunt in capitibus foramina per quorum spatia continentur, capillo maxime muliebri, uel neruo, funes quoque magnitudine ponderis lapidis, quem debet ea balista mittere ex ratione grauitatis proportionem iumentur, quem admodum catapultis de longitudinibus sagittarum. Itaque ut et quae geometriae arithmeticae quoque rationes non nouerint habeant expeditum, ne in periculo bellico cogitationibus detineantur. Quae ipse faciendo certa cognoui, quae quoque ex parte acceperam a praecceptoribus finita, exponam, & quibus rebus graecorum pensiones ad modulos habeant rationem, ad eam ut etiam nostris ponderibus respondeant tradam explicata.

De proportione lapidum mittendorum ad balista foramen.

Caput. XVII.

Am quae balista duapondo saxum mittere debet, foramen erit in eius capitulo digitorum. vi. si pondus quatuor digitorum. vi. & digitorum. vii. decapondo, digitorum. viii. uiginti pondus digitorum. x. quadraginta pondus, digitorum. xii. sexaginta pondus, digitorum. xiii. & digiti octo